



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Virorum exempla, qui à mulieribus ad flagitium sollicitati viriliter restitere.  
n. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

morentur. Domina quædam, ut fertur, dum duo Religiosi ad ejus domum divertissent, alterum eorum vocavit in cameram, quasi secreto aliquid sibi locutura: quem ingressum mox ad turpitudinem provocans asseruit firmiter te continuo contra ipsum quasi ei violentia inferentem, nisi statim sibi acquiesceret, clamaturam. Tunc doctus à Domino frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet, ad fratrem confidit, qui cum pluribus personis in atrio domus erat, alta voce clamavit, librum sibi continuo asseriti requirens: siue adveniente fratre, necesse habuit mulier ab hujusmodi nefaria sollicitatione cellare, & frater hominum confusionem evasit. Nonnulli ob causam similem confusi turpiter, & verbigerati graviter fuisse dicuntur: *Qui autem caverit laqueos, securus erit: qui autem non caverit, est aut stultissimus, au perversus, nec est ejus excusatio admittenda.* hoc usque S. Bonaventura

Prov. 16.

**VIRORVM EXEMPLA QVI A  
Mulieribus ad flagitium sollicitati vi-  
giliter resisterunt,**

**N**ec silentio prætereundi sunt complures sanctitatem præclaras, qui mulierculatum petulantiam castarum thesaurum blanditus, & precibus invadere conantur acriter, & strenue propulsant.

**S. Christo-  
phorus  
martyr o-  
ris sui ful-  
gore S. Ni-  
cetæ & A-  
quilonam  
mart, con-  
vertit.**

**S. Solitarius  
quidam  
pro pudici-  
tia sibi di-  
gitos com-  
bussit.**

**N**e silentio prætereundi sunt complures sanctitatem præclaras, qui mulierculatum petulantiam castarum thesaurum blanditus, & precibus invadere conantur acriter, & strenue propulsant.

S. Christophorus martyr præclarissimus Nicetæ & Aquilonam so: ores impudicas ad eum voluptatibus deliciendum in carcere a tyranno immisiles, & procaciter eum ad turpitudem urgentes, subira luce ex ejus facie divinitus micante exterritas ad Christum convertit, que die 24. Julii post multa tormenta martyrii palmarum capitis obrunctione consecute sunt, de quibus Petrus de Natalibus lib. 6. cap. 31. & 135 & Surius in S. Christophoro tom. 4.

Solitarius quidam in inferioribus partibus Ægypti sanctitate insignis erat, de quo in vita Patrum lib. contra fornicationem. Ad hunc meretricula quedam sponsione cum nonnullis juvenibus de viro Dei decipiendo facta, ad vesperascentem jam die veluti etrabunda venit ad ejus cellam, & ne quid à feris ea nocte patetur, lachrymis se in hospitium recipi impetravit: quo facto Saranas vehementer cum ad flagitium tentare cœpit. Verum accensa lucerna secum tacitus ipse dicebat, expiarat num ignem

inferni, quem forniciarii merentur, sustinere possim; digitum ad ignem admovit, quem cum incendisset, nullo sensu corripiebatur propter nimiam concupiscentia carnis flammam, lieque reliquos omnes suos digitos ad matutinum usque tempus incendit. Quod cernens Ilem morinfelix muliercula pre horore obrigit, ac tuam mandem mortua est; eam extinctam ab iis, à hierem ad quibus missa erat, manè repertam vir sanctus vitam refusis precibus vitae restituit; mox ad Deum vocavit, conversa, vitam deinceps castam duxit.

S. Ludovicus Cathalaunensis Episcopus corpore venustus, & pudicus, a quadam Galliae Regina opportuno loco ad flagitium invitatus eam torvo oculo aspiciens rejecit, cuius oculus post 490, & eo amplius annos in cadavere caligati non potuit, quem quasi crystallum lucidissimum in elevatione ejus cadaveris vidit Johannes de Firmitate Abbas Canonicorum Regulianum, a quo haec accepit Thomas Cantipratensis, eaque litteris mandavit annum circiter 1260. in lib. 2 apum cap. 30. §. 33.

S. Bernardus adolescens propter egregiam formam à variis mulieribus vehementer sollicitatus, ut videre esset in ejus vita lib. 1. cap. 3, semper fortissime resistit, & virginitatem sancte coluit, semel hospitatus cum sociis apud quandam matronam, cum noctu illa ad eum impudenter accederet clamare cœpit lacrones, lastrones, quibus vocibus excitata familia, illa recepsit: verum cum secundo & tertio improba mulier redisset, illedem vocibus eam à se abegit, & cum adhuc degens in sæculo curiosius oculos in quandam mulierem desfixos aliquandiu tenuisse, apud se erubescens, in stagnum gelidum aquarum collo tenuis insiliens tamdiu ibi permanuit, donec penè exanguis effectus, carnis concupiscentia calor, Dei beneficio refrinxit.

S. Franciscus, de cuius virginitate suprà dimisus, verbum Dei in Apulia prædicans, cum Frid. ricu secundi Imperatoris iussu, ut esset in Chronicis Minorum lib. 1. cap. 61. à primario quodam ejus aulico, qui hyberno tempore cum ad coenam invitata, non fu in ejus cubiculum submersa esset muliercula quedam speciosa, & ad turpitudem importune hominem sollicitare, præmissa oratione, pavimentum carentibus pruni ex proximo igne contra vitabilem abique lascione decumbens ad idem stratum mulierculam invitavit: sed haec positis genibus se Deum, ejuisque servum offendisse

**26.**  
**S. Franciscus,  
de Affiso  
supra can-  
dentes pri-  
nas propa-  
dictio de-  
cumbens  
non uni-  
sur.**

Zzzz pro-

proclamans, veniam cum lachrymis ab eo peccatis. Nobiles quoque aulici, qui præ foribus rei exitum praestolabantur, timore, & confusione pleni, & imperator totius rei certior factus a sancto viro, sibi ut ignosceret, postularunt.

*Simili miraculo imputicam Saracena ad Christum convertit.*

*Fr. Dominicus ex Ord. Prad. in igne pro pudicitia decumbens non latur.*

*S. Thomas Aquinas castitatis zona ab Angelis cingitur.*

Idipsum ex lib. 2. Chron. cap. 57. contigisse narratur eidem S. Franciso in Aegypto, cum ad Sulthanum convertendum adisset; nocte enim quadam a Saracena ad impudicitiam provocatus in ignem, qui proxime ardebat se projectavit, eamque ad stratum illud evocavit; quanto viso miraculo fidem Christi cum baptismate suscepit, & velut altera Samaritana complures Saracenos ad Christum adduxit.

Simile proflus à Thoma Cantipratensi lib. 2. apud cap. 30. num. 45 accidisse narratur cumdum insigni Concionatori ex Ordine Predicatorum, nomine Dominico, qui cum B. Dominico in Hispania Ordinem propagavit. Is à meretrice, quae quibusdam artibus in ejus notitiam irreperat, conficio Regi Castellæ, eiusque nobilibus, ad turpitudinem sollicitatur, in prunatum ardentem lecto decubuit, testatus lectum talem tali opere dignum: hic mulier penè exanimata est: Qui vero introierunt Regis milites, Beatum virum sine ulla corporis, aut vestis adiustione offenderunt, & mulierem illam imperante Rege utique concremavent, nisi beati viri preces eam periculo excusserint.

S. Thomas Aquinas ex illustri Ordine Predicatorum, qui Angelici nomen, tum propter lucidissimam doctrinam, tum propter purissimam virginitatem praudentiam, meritò est consecutus; dum in castro S. Jonnis a suis in custodia teneretur, mulier ad labefactandam ejus constantiam hereticorum cultu introducta est: cum ejus impuris illebris nonnulli se commoveri sensisset, Christo, eiusque Genitrici se commendans titione è foco arrepto illam fugavit; mox clauso ostio ante signum crucis eodem titione in pariete efformatum genibus flexis orans cum lacrymis perpetua integratis domum a Domino petuit, ibique somno correptus, per quietem sentire visus est sibi lumbos constringi ab Angelis diceutibus: Nos a Domino iussi zona castitatis te cingimus, nulla possumus ratione dissolvenda: qua ex constrictione dolorem seriens exclamavit, quo ex tempore omni postea libidinis sensu caruit: nec tamen propter ea de oculorum diligentia custodia quic-

quam remisit: quin etiam fertur usque ad in vita sua scismaticarum colloquia vitasse, excepta necessitatibus, vel utilitatis causa, ut solent homines à serpentibus, & scorpionibus cavere.

De S. Thomæ puritate egregium testimoniū reddidit S. Augustinus, qui unā cum S. Alberti de Thoma gloriōsis insignibus ornato, cuidam Brixia de Fratris Alberto de Brixia Ordinis Predicatorum gloria, appariuisse, & S. Thomæ gloriam multipliciter declarasse terribiliter, ac taedem subjecisse: Ipsi & Thoma Thomas mihi pars est in gloria, virginali me excellens munditia, & ego illum pontificalem excel lentia, ac protinus disparauerunt. Hec ex S. Antonino 3. part. hist. tit. 23. cap. 7. §. 12.

S. Vincentius Ferarius ex eadem Prædicta. S. Vincentius Ferarius Familia pro virginitate custodienda Deiparae impense obsecravit, à qua multa luxuriantia circumfusa confortatus, iussus est sperare in opere virginis Domino, cuius virtute cunctas Sarana virtutias superaturus esset. Is Valentie a muliere servatus, quadam ejus impuro amore capta, quæ agitudinem in lecto simulabat, ad confessionem ejus audiendam evocatus, cum impudicam feminam voluntatem audisset, omnem libidinem exercratus, illam ab ea mente cum severitate multa deducere est conatus, & protinus impudicitiam discessit, sed cum illa contra virum Dei, quasi mulier, violenter eam opprimere voluisset, clamare volebat, à dæmonে corupta, gravissime vexari ad flagitium existimat, nisi vir ille adveniret, qui in medio gressurum, nisi vir ille adveniret, qui in medio batti à dæmonem ilulatum tertium e-mittens discessit.

S. Bernardinus Senensis ex Ordine Minorum, iacegerima pudicitia floruit in seculari habitu, nunquam verbo, vel signo aliud, quam purissimam honestatem præse tulit; improbos netarium quid ab eo desiderantes, acriter reprehessit; scismaticarum colloquia vitabat: cumque religiosus jam ex more ossiatum panem mendicaret; scimina quadam illico ejus amorem ardens, eum, quasi panem intus datura evocat, quo ingresso ostium clausit, eique nefaria suam voluntatem explicavit, adjiciens nisi consentire se vociferaturam, vim sibi ab eo intentaram. Ille se Deo commandans, iuber eam vestibus nudari, correptoque flagello, quod apud se habebat, eam egregie cecidit, donec omnis illa tentatio evanesceret.

Alii voluptatis sensum acerbissimo aliquo cruciatus extinxerunt; ejusmodi fuit Appelles Appellus Rief.

Presbyter  
pro serua-  
ta castra-  
te ab igni-  
to ferro nō  
suebatur.

Presbyter in solitudine antea faber ferrarius, ad quem, ut est apud Palladium cap. 55, cum venisset diabolus in figura muliebri, quo tempore ad usum Monachorum quædam tractabat fabrica terrea lamina ex igne rapta, idque propter festinationem, totum ejus vultum combusit, tamque audierunt fratres ululantem in cella; ab eo tempore vir ille ignitum ferrum manu semper tenebat, nec lèdebat hæc ibi. Idem de Appelle memorat Sozom. lib. 6. c. 28.

Joannes Bosnensis quondam Episcopus postea Ord. Præd. Magister Generalis, cum Fridericu[m] Imp. impudicitiae argueret, à quadam e[st]i[us]dem Imperatoris concubina elegantissima ad lapsum secreto loco est provocatus. Imperatore, à quo missa fuerat, clam rei exitum cum suis expectante. At vir beatus manu tam valide ejus maxillam percussit, ut facie tenus in terram elideret: quo factò Imperator maxima eum postmodum reverentia est prosecutus, hæc Thomas Cantipratensis, qui eodem sæculo vixit lib. 2. Apum cap. 30. §. 33.

S. Edmundus postea Cantuariensis Episcopus, cum adolescentis virginitatem suam, ut cap. 32 diximus, coram Deipara imagine Deo consecrasset, & Lutetia studiis operam daret à quadam puella hospite sua filia ad turpitudinem nutibus primum, deinde apertis verbis nullis faciens provocatus; cùmque frequenter verborum objurgatione eam à se abigere non posset illius tandem importunitate pertulit, tempus, quo ad se veniat, præfigit, tamque ingrediam, & superioribus vestibus exutam virginis egregie flagellavit, quo factò puella omni illa tentatione in posterum caruit, cujusdam etiam matrona munera, ut eum ad illicita pertraheret, fortiter respuit. hæc ex ejus vita cap. 8. apud Surium tom. 6. Sanctus vero Edmundus vita excessit anno 124.

Quid dicam de S. Benedicto monasticae disciplinæ in Occidente fundatore, ac propagatore eximio? Qui, ut verbis utar Gregorii lib. 1. Dial. cap. 1, ab ipso sua pueritia tempore congerens sensile, nulli voluptati animum dedit: sed studiis, & domo relicta, in tenera etate Sublacum se recepit, in arctissimo specu asperissimam duxit vitam. Is cùm die quadam solus esset, memoria cujusdam fœminæ, quam aliquando viderat, Satanus tanto igne servi Dei animum in specie illius accendit, ut etiam pendere feceret. Eremum voluptate victus deliberaret: sed superna gratia respectus, exutus indumento, nu-

dum se in spinarum aculeos, & urticarū incendia se projectit, ibique diu voluntatis toto ex eis corpore vulneratus exiit, extincto eo, quod intus ardebat, igne.

Nec dissimile est quod S. Franciscum fecisse narrat S. Bonaventura in ejus vita cap. 5. Gravem enim earnis tentationem à demone excitatam sentiens, deposita ueste, chorda sè verberavit fortissime, & ut erat nudus, & exiit in hortum in magnam demergens nivem corporis, septem ex nive compedit massas, ac si essent uxori, & filii, & famuli, pro quibus induendis ei laborandum esset, sieque tentator vietus abscessit, de quo illud refert Bonaventura, *Corporis tantam cum curam de utriusque hominis præfatigatione defatigata*, gessisse, ut circa conversionis primordia tempore hyemali in foveam glacie plenam se ipsum plerumque mergeret; ut domesticum hostem perfectè subigeret, & candidum vestimentum pudoris à voluptatis incendio præservaret. Tolerabilius viro spirituali fore incomparabiliter asterebat S. Franciscus magnum sustinere frigus in carne, quam ardorem carnalibidinis, vel modicum sentire in mente.

In viuis etiam Patrium in loco, qui dicitur *Simile exemplum*, quidam illico amore tentatus sibi uxorem, & filios ex luto fixxit, ac si pro necessitate eis subministrans sibi esse laborandum, *ex virtute sanctorum* majori labore corpus suum macerabat: sicque *Patrium* divina ope ab ea vexatione est liberatus.

#### NON NULLORVM EXEMPLA, QVI moris maluerunt, quam illico concu- bitu morbo suo mederi.

Huc revocari possunt ii, qui virginitatem usque adeò ipsi vita protulerunt, ut imminentem mortem coterminerint, quam evasuri fuissent, si propter aliquid morbi genus, quo laborabant medicorum consilio, aut uxoriem duxissent, ejusque concubitu uti voluerint, aut si castitatis voto illigati erant, fornicatio coitu se polluerint, verum mori, quam corpore fecerit maluerunt.

Jacobus Rossa Lusitanæ Regis nepos, electus Archiepiscopus Olysiensis, à Calixto III anno 1456. Diaconus Cardinalis creatus Is ex Alfonso Ciaccone in viuis summorum Pontificum Florentiae letali morbo oppressus, cui medicorum sententiæ cum inilicere concubitus remedium afferre potuisset, maluit intrepidus mortem expectare, quam illico

Zzzz agit

29.

*Jacobus Rossa Card.  
Alfonso Ciaccone  
lib de vita  
Pontif. ubi  
Card qui  
tempore  
Pii II de-  
cessere,*